



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Manuale Parochorum, Sive Institutiones & Praxes Tum Vitæ, tum Officii Pastoralis**

**Musart, Charles**

**Monachii, 1654**

XIX. Quando, & an non ieiuno conferri possit, & quoties in eodem morbo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41616**

animæ , & ad preces pro felici exitu faciendas reuocare. Valedices datâ benedictione , & pacem apprecatus: vt tamen curam omnem non dimittas, inquires subinde, quî cum infirmo agatur, & cum è re iudicabis, reuises, præsertim cum intelliges de vitâ periclitari.

## NVM: XIX.

*Quo tempore, quoties debeat dari Viaticum, durante morbo.*

**Q**Vavis horâ, etiam noctis, etiam non ieiuno Viaticum porrige, si infirmus horam commodiorem, aut ieiuno stomacho expectare non potest, sine periculo præoccupaturæ mortis; neque verò expectanda est vltima vitæ periodus: censetur autem versari in mortis articulo, qui iudicio Medici, aut viri prudentis de vitâ periclitatur; is enim est in procinctu ad iter æternitatis; eget igitur Viatico: neque vno satis est, si diutiùs superuiuat:



uat : quare si ab eo sumpto interflu-  
xerint sex aut octo dies , boni Theo-  
logi censent, iterum dari posse, si petat  
etiam non ieiunus, si modò ieiunus  
accipere non possit, & sit in præsentia  
vitæ discrimine. Nam si infirmus sit  
ieiunus, toties sacrâ Eucharistiâ refici  
potest, quoties rationabiliter deside-  
rat, & petit : vt verò frequentius id  
fiat à ieiuno, & maioris est meriti, &  
folatii, præsertim si domi, vel in vi-  
ciniâ sit templum, vel sacra ædícula,  
vnde sine tantâ molestiâ, & strepitu  
conferri possit.

## C A P V T V.

Circa Extremam Vnctionem.

NVM: I.

*De quibus populus instruendus.*

**Q**Via hoc Sacramentum ferè non  
nisi semel, & quidem in extremo  
vitæ confertur ; & plerique non modò  
è plebe, sed etiam ex optimatum nu-  
mero